Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sumande unitatis exposuit cum subdidit. Ut
unum sint in nobis. Et cum ille in patre per
naturam divinitatis esset: nos contra in eo
per corporalem eius nativitatem. et ille item in no
bis per sacramentum esse misterium crederetur. perfecta
per mediatorem unitas doceretur. Criso.
Ubi vero ait de se et patre. Veniemus et man
sionem apud eum faciemus. hic quidem sa
bellianorum obstruens orandum. secundum ponit du
as personas. Hic vero arrii suspicionem destru
it: dum patrem per se dicit discipulis advenir
e. Aug. Neque tamen hoc ita dictum est. tamquam
pater non in nobis. aut nos in patre non simus.
sed per hoc mediatorem inter deum et hominem se
breviter intimavit. Quod vero addidit. Ut
sint consummati in unum. ostendit eo perduci
reconciliationem que fit per mediatorem.
ut perfecta beatitudine perfruamur. Unde id quod se
quitur. Ut cognoscat mundus quia tu me
misisti. non sic accipiendum puto tamquam
iterum dixit. Ut credat mundus. Quamdiu enim
credimus quod non videmus. non dum sumus
consummati sicut erimus. cum meruerimus
videre quod credimus. Quando igitur de consummati
one loquitur. talis est intelligenda cog
nitio. qualis erit per speciem. non qua
lis nunc est per fidem. Ipsi quippe ex … dente
sunt mundus non permanens … inimic.
sed ex inimico amicus effectus. … Sequitur.
Et dilexisti eos sicut me dilexisti. In fi
lio quippe nos pater diligit. quia in eo nos
elegit. Nec ideo pares sumus unigenito
filio. Neque enim semper equalitatem significat
quod dicitur. Sicut illud. ita et illud. sed ali
quando tantum. quia illud est. est et illud. Ita in hoc
loco michi est aliud. Dilexisti eos sicut me
dilexisti. quantum dilexisti eos. quantum et me di
xxv. p. lexisti. Non enim alia causa est diligendi mem
bra eius. nisi quia diligit eum. Cum igitur eorum
que fecit nichil odit. quis digne possit e
loqui quantum diligat membra unigeniti
sui. et quanto amplius ipsum unigenitum. Criso.

Pater quos
dedisti mi
chi: volo
ut ubi ego
sum: et
illi sint
mecum. Ut
videant
claritatem
meam quam
dedisti michi.
quia di
lexisti me
ante con
stitutio
nem mun
di. Pater
iuste mun
dus te non
cognovit:
ego autem

Postquam dixerat
quia multi cre
dent per eos. et multa
gloria potientur. loquitur
de reliquo de coronis
eis repositis dicens.
Pater quos dedisti mi
chi volo ut ubi ego sum
et illi sint mecum. Aug.
Ipsi sunt quos a patre
accepit quos et ipse de
mundo elegit. Sicut
enim ait in huius orationis
exordio. dedit ei po
testatem omnis carnis.
id est omnis hominis ut
det eis vitam eternam.
Ubi ostendit potestatem
se omnis hominis ac
cepisse ut liberet quos
voluit et dampnet
quos voluit. Quamquam pro
omnibus membris suis
promisit hoc premium. ut
ubi est ipse. et nos cum
illo simus. non potest
non fieri. quod omnipo
tenti patri se velle dixit
omnipotens filius. Una
vero est patris et filii vo
luntas. et si intelli
gere non dum permittit
infirmitas. credat
pietas. Quantum ergo
attinet ad creaturam in
qua factus est ex semi
ne david secundum carnem.
eo modo dicere potuit. ubi
ego sum. ut iam ibi
esse se diceret. ubi fuerat
mox futurus. In celo
nos futuros esse promisit.